

vsus in tota hac Noua Hispania. Sed in hoc
 Breui Pij. 5. cōcedit, vt in dictis populis pos-
 sint Religiosi officium Parochi exercere Ma-
 trimonium celebrando, Sacramenta minist-
 trando : prout hactenus consueuerunt, non
 obstante Concilio Tridentino, & aliis qui-
 buscunq;, ergo. &c. Et Pater Focher in Ex-
 positione huius indulti tria dicit. Primum
 est q̄ in Indiis fratres possunt Matrimonia
 celebrare, & Sacramēta ministrare prout hac
 tenus fecerunt : per hæc nāq; verba ipse Pa-
 pa confirmat omnia indulta Summorum Pō-
 tificum concessa fratribus Infidelium con-
 uersioni, & eorum profectui intendentibus.
 Secundum est, q̄ fratres à suis solis Superio-
 ribus licentiam prædictam exercendi habe-
 re debent, & non est ad hoc necessaria Epif-
 coporum vel aliorum licentia. Idem Ordī-
 nat de prædicatione & de Confessione. Ex
 quo patet q̄ fratres qui promouerentur ad
 prædicandum, vel ad audiendas confessiones
 in Indiis, nō sunt Episcopis presentādi, neq;
 debent ab eis examinari: Per hoc autem ab-
 rogatur Clemen. Dudum de Sepul, & Con-
 cil. Trident. Sess. 23. cap. 15. Tertium est,
 q̄ talis licentia obtineatur à Superioribus in
capit